Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

a timore inimici eripe animam meam.
Protexisti me a conuentu malignantium:
a multitudine operantium iniquitatem. Qui
acuerunt ut gladium linguas suas: in
tenderunt arcum rem amarum: ut sa-
gittent in occultis immaculatum. Subito
sagittabunt eum: et non timebunt: firmaue
runt sibi sermonem nequam. Narrauerunt
ut absconderent laqueos: dixerunt quis
videbit eos. Scrutati sunt iniquitates:
defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet
homo ad cor altum: et exaltabitur deus.
Sagitte parvulorum facte sunt plagae eorum:
et infirmate sunt contra eos linguae eorum.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos:
et timuit omnis homo. Et annunciauerunt
opera dei: et facta eius intellexerunt. Letabi-
tur iustus in domino: et sperabit in eo: et lau-
dabuntur omnes recti corde. Ps dauid